

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

LXXV. De facultate Superiorum Congr. Missionis concedendi literas  
Dimissorias Subditis suis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

factæ subscrivente cum juramento eadem Congregatione Religiosorum non modo, quod utiliter, ac de ipsorum consilio, & assensu facta fuerit, ut prefertur, verum etiam quo expressa licentia a Prioribus Generali, vel Provinciali antea peti, & obtinere nequaque potuerit, nec occasio proficia, quæ raptim Prioribus localibus occurrat amitteretur; Piores autem Conventuum, etiam si immediate Priori Generali subsint, hanc licentiam nonnisi a suis Prioribus Provincialibus modo prædicto exquirere tenentur, atque generaliter Piores omnes locales hanc methodum servent, quoquecumque aliquid in beneficium Conventuum, seu Hospitalium, quod decem aureorum impensam excedat facere meditantur, qui vero præmissa non adimplerent in perpetuum voce activa, & passiva careant.

De Conservazione fu-pelleciliis eorundem deque Fratrum habitu.

§. 13. Conservationi quoque supelleciliis Conventuum, eorumque Sacrariorum, & Hospitalium intendentis, tam Superioribus, quam eorum subditis prohibemus, ne quæcumque supellecilia hujusmodi extraneis commoden, idque sub pena privationis vocis activæ, & passiva quoad subditos, si id fecerint absque expressa Superiorum suorum licentia, qui sciant veritatem sibi a nobis esse in hac licentia concedenda inconsultam, nimiamve facilitatem, strietèque omnibus injungimus observantiam Constitutionum ejusdem Ordinis quantum ad humilem, simplicemque habitum in d. Ordine deferri solitum, qui videlicet a Seculari cultu, & omni mundana vanitate, & novitate plane alienus sit pena privationis, & inhabilitatis ad officia ipsius Ordinis eos coerentes, qui aliqua ex parte hac in re culpabiles non se proctius emendaverint, aduersus quos Superiores ad alias etiam penas, quatenus opus sit procedere possint, & debeant.

§. 14. Cumque experientia ipsa compertum sit, oblocutiones in Superiorum rerum in Ordine contingentium extra Claustra delationes, seu evulgationes, necnon negotiorum in Congregationibus resolutorum revelationes imprimis noxias, ac perniciose esse nedum quia recto gubernio plurimum officiunt, verum etiam quod totius Ordinis honor, & decori non parum detraheant, privationem vocis activæ, & passiva ipso facto incurriendi indicimus in eos qui apud Seculares præsertim aliquem ex enarrari excessibus admiserint, qui si sufficientia adversus eos de præmissis indicia habeantur, etiam in carcere detrudi, & quatenus de eis, eorumne aliquo convicti fuerint, extra Provinciam sue professionis relegari valeant.

§. 15. Demum cum non raro eveniat, Religiosos, & Superiorum suorum Judicium effugiant, melioremque prætentum suarum successum experiantur, apud alios, nec eorum meritorum, quinimo sepe nec legum, & consuetudinem Ordinis prædicti gnos per appellations, seu recursus ita inordinate agere, ut eosdem Superiorum multoties interrogari contingat de rebus ad subditos suos, imo, & Ordinem ipsum pertinentibus, de quibus nullam notitiam habeant, aut partes suas nondum adimplerent, ideo in dicto Ordine id ipsum quod in aliis Ordinibus per Sedem Apostolicam dispositum reperitur exacte observari præcipimus, quod nimurum appellations, & recursus præfati primum intra Ordinem ipsum gradatim fiant, ut etiam extra eundem Ordinem deferri possint; si quis non rite impensam sibi existimet a Superioribus Ordinis Justitiam.

§. 16. Decernentes præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque semper valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integrum effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & sicut habebit in futurum

inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, & Sancte Romanae Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedi Nuntios, & alios quilibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de Jure quæsito non tollendo, aliusque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon d. Ordinis, illiusque Provinciarum, Conventum Hospitalium, Domorum, aliusque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, Provinciis, Conventibus, Hospitalibus, Domibus, ac illorum Superioribus, Prioribus, Fratribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliusque efficatoribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alis Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & quantiscumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, illis præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum hac vice domitaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transtumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeat, qua ipsi præsentibus haberetur, si fore exhibita, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Sept. MDCCXXV. Pontificatus Nostræ Anno Secundo.

Fides adhibenda transumptis.

LXXV.

Declaratur Superiores Presbyterorum Sæcularium Congregationis Missionis habere facultatem concedendi literas Dimissorias subditis suis.

Alexandri VIII. Conf. ed. 1690. Dec. 5. P. 1. fit facultas Presbyteris dictæ Congregationis absolvendi a casibus reservatis, & Clem. XI. Conf. ed. 1703. Jul. 9. P. 3. necnon hujus Conf. ed. 1727. Jul. 15. P. 4. agitur de jure assidentium ejusdem Congregationis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Bonnet Superior Generalis Presbyterorum Sæcularium Congregationis Missionis, quod

Supe-

Dat. 17. Sept.  
1725. An. 2.

Refertoriis  
gomeris con-  
cedendi Lite-

Clausulae.

ANNO  
1725.  
ras dimissio-  
riales predi-  
cas.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

195 ANNO  
1725.

Superiores pro tempore existentes ejusdem Congregationis in vim Constitutionum Apostolica- rum fel. rec. Urbani VIII., & Alexandri VII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostro- rum, per quas dicta Congregatio ab Ordina- riorum juridictione, exceptis pertinentibus ad Missiones dumtaxat, exempta reperitur, Lite- ras dimissorias concederunt suis subditis, qui post emissâ solita vota tam in hac Alma Urbe Nostra, quam in aliis Locis, ubi Domus di- & Congregationis erectæ, & fundatae sunt, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoti fuerunt.

Qui postea  
confirmatur.

Causa, &  
preces pro d.  
Declaratione  
obtinenda.

§. 1. Verum quia cum anno 1657., tem-  
pore quo bon. mem. Martius, dum vixit, San-  
cta Romane Ecclesie Cardinalis Ginnettus nun-  
cupatus munus Vicarii dicti Alexandri Prædeces-  
soris in eadem Urbe in spiritualibus Generalis  
exercebat, ab illius Auditore difficultas super  
hoc puncto proposita fuisse, de mandato ejus-  
dem Martii Cardinalis, & Vicarii habita fuit  
particularis Congregatio, coram qua proposito  
dubio in forma, scripturisque tunc exhibitis, ad  
eorumdem Missionariorum favorem capta fuit  
resolutio, & ita ab eo tempore praxis conce-  
dendi Literas Dimissorias hujusmodi firmata, &  
hactenus confirmata fuit.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
jungebat, nonnulli transmontani Episcopi, qui-  
bus vel non bene resolutio prædicta innotescit,  
vel tametsi ab oraculo Pontificio per organum  
tunc existentis Brevium Secretorum a secretis,  
nonnullis Literis in forma Brevis desuper expre-  
ditis, per quas Clerici memorata Congregationis  
extra tempora a iure statuta ad dictos Sacros  
Ordines promoveri possent confirmata, nullius  
efficacia penes ipsos existat, nihilominus præ-  
dictam facultatem admittere recusent. Ac prop-  
terea dictus Joannes Superior Generalis ad remo-  
vendas de cetero hac in re quascumque difficul-  
tates, de opportuna in præmissis declaratione  
a Nobis provideri sumimopere desideret.

§. 3. Nos igitur ipsum Joannem specialis fa-  
vore gratia prosequi volentes, & a quibusvis  
excommunicationis, suspensionis, & interdicti,  
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poen-  
nis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa latis, si quibus quomodolibet innodatus  
exit, ad effectum præsentium dumtaxat con-  
sequen, harum serie absolventes, & absolutum  
fore censentes, hujusmodi supplicationibus in-  
clinati facultatem Superioribus prædictæ Con-  
gregationis Missionis, concedendæ Literas Dimis-  
sorias suis Subditis ubicunque existentibus, prout  
illis competitse resolutum fuit, ut præfertur,  
adhuc de præsenti competere, auctoritate Apo-  
stolica tenore præsentium declaramus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas fir-  
mas, validas, & efficaces existere, & fore  
sufoque plenarios, & integras effectus fortiri,  
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro  
tempore spectabit plenissime suffragari: Sicque  
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,  
& Delegatos, etiam Caufarum Palatii Aposto-  
lici Auditores, judicari, & definiri debere; ac  
irritum, & inane si fecus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tingerit attentari. Non obstantibus Constitutio-  
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceteris  
que contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium lite-  
rarum transumptis, etiam impressis, manu ali-  
cujs Notarii publici subscriptis, & sigillo per-  
sonæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munis-  
tis, eadem prorsus fides in judicio, & extra il-  
lud adhibeatur, que adhiberetur ipsi præsentibus  
si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Sep-

tembris MDCCXXV. Pontificatus Nostræ Anno  
Secundo.

Conceditur Priori Generali Carthusiæ Majoris  
indultum egrediendi ex eadem Carthusiæ;  
& Monasteria tam Monachorum, quam Mo-  
nialium in Provinciis Gallie visitandi.

Innoc. XII. Conf. ed. 1692. Nov. 4. P. 2. declaratum  
fuit statutum eidem Priori a suo Ordine injun-  
ctum, non egrediendi a sua Carthusiæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 26. Sept.  
1725. An. 2.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Vin-  
centius Dinelli Prior Carthusiæ de Urbe, &  
Procurator Generalis Ordinis Carthusien. in  
Romana Curia tam suo, quam dilecti pariter  
Filii Antonii de Mogefond Prioris Majoris Car-  
thusiæ Gratianopolitan. Dicecensis & Generalis  
ejusdem Ordinis nomine, quod per statutum di-  
cti Ordinis secunda parte Cap. 24. §. 5. confirma-  
tum expresse cavitur, ne Priores Generales  
prædictæ Carthusiæ majoris pro tempore existen-  
tes, e limitibus Carthusiæ majoris hujusmodi  
egredi valeant.

§. 1. Vigor vero dicti Statuti in aliqua ejus  
parte non solum pro levamine ejusdem Antonii  
Prioris Generalis, qui propter sua merita in ma-  
jori Ordinis hujusmodi dignitate constitutus, at-  
tentâ ejusmodi prohibitione in perpetuo quamvis  
religioso, & Sacro carcere detentus reperitur,  
in quo usque ad extreum vitæ suæ spiritum  
permanere debet, verum etiam pro utilitate, &  
profectu tam spirituali, quam temporali ordinis  
prædicti de præsenti mitigari posset, si aliquando  
idem Prior Generalis ex eadem Carthusiæ ma-  
jori egrediendo tam Monachorum, quam Mo-  
nialium Monasteria personaliter visitaret, ei-  
que per hanc visitationem magnum solamen af-  
ferret. Nobis propterea dicti Antonius Prior  
Generalis, & Vincentius Procurator Generalis  
humiliter supplicari fecerunt ut in præmissis op-  
portune providere, & ut infra indulgere de  
benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur illorum votis hac in re quan-  
tum cum Domino possumus favorabiliter annue-  
re volentes, & eorum singulare personas a qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis, & In-  
terdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-  
suri, & poenâ a jure, vel ab homine quavis oc-  
casione, vel causa latis, si quibus quomodolibet  
innodatus existunt ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum harum serie absolven-  
tes, & absolutas fore censentes hujusmodi sup-  
plicationibus inclinati; ut perpetuis futuris tem-  
poribus dictus Antonius, & pro tempore exi-  
stens Prior Generalis prædictæ Carthusiæ Majoris,  
saltē duabus vicibus quolibet anno, & per  
mensem quilibet vice ex eadem Carthusiæ Ma-  
jori egredi, & per seipsum memorata Monasteria  
in Provinciis Gallie dumtaxat consistentia  
tam in capite, quam in membris visitare & cir-  
ca eorum vitam, mores, & regularem obser-  
vantiam, necnon eorumdem Monasteriorum sta-  
tum, & administrationem tam in spiritualibus,  
quam in temporalibus diligenter inquirere, at-  
que omnia ad primavam instituti rationem,  
ac sacrorum canonum, & Concilii Tridentini  
præscriptum, prout in Domino expedire arbi-  
trarum reformare, libere, & licite possit, &  
valeat, auctoritate Apostolica tenore præsen-  
tium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore,

facti expo-  
sicio.

Preces Prio-  
ris, & Procu-  
ratoris Gene-  
ralium pro d.  
Indulcio obti-  
nendo.

Concessio  
prædicti In-  
dulci.

Classific.